singulae animae singula sua corpora obtine
ant; nullis quaerentibus. etiam quaecumq.
carentia natura fuerant; sed seorsum sibi sin
gulis sua membra gestantibus. quib. huma
ni corporis complet integritas. Iulianus quoq.
pomerius. p̄dicti doctoris sententiam sequens.
ait. Illud etiam sic mihi uidetur intelle
gi. ut caro nr̄a siue cum minore membro
rum numero; siue cum ampliore nascatur;
cum membris solitis et congruentibus suę
integritati resurgat. Quia tam in eis
quae minus quam in eis quae amplius fue
runt debilitas est. quae huic quidem ui
detur naturę contraria; sed in futura
reparatione corporis nr̄i; sicut corrup
tio uel mortalitas; sic et ipsa creditur au
ferenda. ut natura carnis nr̄ae resurgat
suis omnibus partibus tota; et sine ulla

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 264, p. 191 – Prognostica Juliani (http://www.e-codices.ch/en/csg/0264/191)